





[illegible] Autores [illegible]

1 canon... de [illegible] ... [illegible]

2 canon... de [illegible]

3 canon... de [illegible] ... [illegible]

4 canon... de [illegible] ... [illegible]

5 canon... de [illegible] ... [illegible]

6 canon... de [illegible] ... [illegible]

7 canon... de [illegible] ... [illegible]

8 canon... de [illegible] ... [illegible]

Gonzalez

1

Index 8. materiar. huius Libri

Deprebendis

Altamirano L 1

Ad titulum de prebendis, et dignitatib. Repetita prelectio

In priori prelectione huius tit. multa diximus de inscriptione continuatione commendatione et significat., que iterum inculcare non oportet, sed ure petitam tantum aliqua adnotabimus procognitione illorum, que a nobis dicenda sunt.

Prebenda ergo dicitur a verbo prebeo quasi prebeat, ex quibus vitam congruam sustentacionem; seu a precio, quod quis pro aliquo labore accipit, ut affirmant Selua de beneficiis p. 2a quest. 30 nro 27. Zoncalez in regulam 8 can. § 5 2 n. 1, et 22. Ant. Fabricius in practica et teorica beneficiorum tit. de prebendis: seu a prebrio quasi prebenda sit quoddam prebrium ipsius beneficii proceius doz asionato in qua respondi potest cap. 5 Simoniaci Pape 1 . . . et utroque modo recte, quia ut inquit Isidorus lib. 10 originum cap. 23 etimologia modis ex causa sumitur modo ab origine, modo ab effectu, modo a fine, iuxta quod prebenda rectissime dici potest, que cum pras fructuum, que in conpensacionem alicuius ministerii, etiam temporalis alicui prestatur ueluti Magistro gramatice cap. 1 non nullis § 1 de magistris, et que ex uscato procuratore musico economo cinbalitie, et simili. personis quib. facte erogationes, etiam prebendas uocari posse permitit Duarenus lib. 2 de sacris cap. 1, de quo intelligi debent glos. ubere ceperunt, in cap. cum M. de const. 4. 6 in casus posicione in regula 2 . 6 . 6 cum affirmant laicos prebendam habere posse, hoc est prebendam hanc temporalem, que datur in conpensacionem ministerii temporalis Ita . . . de beneficiis 2 cap. 2 nro 1, quod qui Versius in nro de . . . ecclesie nro 5. qua ratione merito etiam prebenda appelatur, que clericis in conpensacionem ministerii spiritualis asignatur eo, quod prebet reditum ad congruam sustentacionem, seu quod precium est pro labore spirituali . . . prebia prebende loco clerici accipiebant, ut constat ex dicto cap. 5 Simoniaci Pape possesiones cuius uba significant etiam solere clericis honorum meritis hoc est subsidii uite posesiones, que . . . acciperent ab . . .



n. 98

copiis concedi, quae quidem dabantur meritis beneficium dici cœperunt, ut ibi observat Seizinus. Dicitur namque beneficium etiam meritum, sibe premeritum, ut explicat Otomanus verbo beneficium ultra alias significaciones, de quibus in cap. 1 versiculo beneficium in quibus causis feudum amittatur lib. 2 tit. 25 part. 2a Lotherius de beneficiis cap. 1 n. 2 Quintana lib. 1 ecclesiasticon cap. 1 =

N. 3 Quare non inepte prebenda sic accipitur a Pontificibus nostris, ut significet quodlibet beneficium ecclesiasticum, seu ipsum titulum beneficii; cap. si quis dator, cap. si quis episcopus, cap. quesitum cap. si quis obiecerit, cap. si quis prebendas 1 quest. 3 ubi nota glosa in suma, quae verbo receperunt in cap. cum M. de constitucionibus, ~~Benencasa~~ Panormitanus in cap. maioribus n. 4 hoc titulo ubi de eius n. 6, et 7 Gigas de pensionibus, quest. 21 numero 3, et hoc modo accipi in iure scripto nostro titulo, et in titulo de concesione prebende afirmant Selua, de beneficio part. 1a quest. 3 numero 9, et 17, Rota decisione 62 de rescriptis in antiquis, Gancalez ad regulam 8am glosa 9a § 1 n. 3, Lotherius de beneficiis part. 1a cap. 1 n. 7 =

N. 3 // Sed, et aliquando prebenda strictius accipitur, ut significat non quodlibet beneficium, sed solas prebendas canonicorum cap. ex multis 9 versiculo constituimus 1 quest. 3 cap. cum omnes, cap. cum M. de constitucionibus quomodo accipitur in pluribus nostri tituli constitucionibus, et alibi sepe, quo sensu definitur ab Hostiensi in suma nostri tituli Cardinali in Clementina ultima quest. 20 hoc titulo, ut sit beneficium simplex in ecclesia colegiata sua natura institutum, ad divina oficia peragenda. Duareno lib. 2 de sacris cap. 8. Quintana lib. 1 ecclesiasticon cap. 4 numero 3, ut sit ius canonicum cuiusdam seu reditus sollatibus aut canonicis alicuius ecclesiae in conpensacione ministerii prestandi cum sufragio, et aliis prerogativis, et in hoc sensu Prebenda diversa a beneficio, tanquam genus, et species, ut constat ex cap. cum in ecclesiis 33 hoc titulo lib. 6 cap. ultimo, de excessibus prelatorum cap. tua 32 de decimis, significatque quidem prebende ordines vocantur seu ordinaciones in dicto cap. ex multis forte, quia non nisi habentibus certum ordinem conferebantur

argº Cp. 2º de constitucionib. § 3o ttº 5 parᵗᵉ 2ª, nam et odie sunt beneficia que non nisi sacerdotib. conferunt, Cp. cui et non sacerdotali 27 Cp. cum 29 hoc ttº Lib. 6, que ideo sacerdotia apelatᵘʳ. Corrasius de sacerdocio Lº 3º Cp. 2º. Seu et insuper uocantᵘʳ canonice, seu canonie indicto Cp. ex multis, non quod idem sit prebenda, at que canonia seu canonica cui contrarium namque constat, ex dicto Cp. cum M. Cp. eant Cp. in nostra 32 de rescriptis Cp. relatum nono, Cp. dilectus 29, Cp. proxillo 4 22 hoc ttº Cp. cum super 2º de concessione prebende, sed pocius qº canonicis dantᵘʳ seu debentur, ut recte afirmat Cuiacius in presenti: est enim Canonia, seu Canonicatus, ius, quod per benit ex electᵒ et receptᵒ in canonicum prebenda uero ius, quod prouenit ex ipso officio canonicatus ex eo, qº quis gerit officium canonicale ei debetᵘʳ prebenda que tempore ceperunt, in dicto Cp. cum M. Et canonia est ipsum officium spirituale ad canonicum pertinens, scilicet canere in choro propter qº ei datᵘʳ stallus in choro, et uocem ferre in Capitulo Cp. dilectus 29 Cp. proxillo 4 22 in fine Cp. Dilecto 29 hoc ttº, prebenda uero est ius a iure spirituali oficio dependens ad percipiendo reditus ecclesiasticos ratᵉ cuius conecsionis rectius spirituale uocatur in dicto Cp. dilecto quem modum ordinem beneficium uocatᵘʳ beneficium spirituale in Cp. 2º de renunciacionum, et qui has tenent prebendas canonici seu canonici, ut afirmant Cuiacius in presenti, Quintana Lib. 2º ecclesiasticon Cp. 2º nº 9 Turrianus Lib. 5 pro epistolis Pontificum Cp. 2º Barbosa quest. 3ª Scholastica Cp. 2º de quo et origine Cerola in praxi episcopali V bo canonici § 1º Fabricius ttº de duplici o beneficiis anⁿ 27.

N.º 4 // Pq consequenter afirmant autores qº quamuis prebenda etiam in hoc sensu sit beneficium ecclesiasticum atamen canonicatus sine prebenda beneficium ecclesiasticum dici potest ut argº Capitis in nostra 32 de rescriptis in nobis Fabricius ttº dicto et in intitulacione nºro 9 quamuis de hac resolucione argumento Capitis dilectus 29 in fine hoc ttº Cp. cum M. de constitucioni... dubitent plures quod refert Rota ubi proxime Caminensis de resignacione apro 2º questione 1ª nºdo 112.

N.º 5 // Habet ego uerbum prebenda plures significaciones, et ideo inter analogea iuris refertur a pluribus, quos sequitur Alexander Raobensis de analogis iuris Lib. 2º Cp. 5 nºero 29, et ideo secundum diuersas significaciones uarie etiam diuidi potest generaliter quidem in prebendam

tem potalem, et spiritualem prout divi dunt glosa verbo ca
nonicos in C.p. cum M de consti tucionib, et ibi Decius nº
77 verbo ius in rubrica nº 29 de rebus ecclesie. Duarenus l.b. 2º de
sacris C.p. 3º: si vero stricte sumat prout significat beneficium ecclesias
ticum dividi potest, quem mad modum et beneficiorum talium sint dignitates, alia cura
ta, alia simplices alia regulares, alia seculares. Petrus gregorius in
beneficiaria C.p. 10 nº 12, Quintana l.b. 1 ecclesiasticorum C.p.
1 Garcia 1a pte C.p. 6º si denique strictius sumat, prout significat pre
prebendas canonicales dividit ad Duareno, et Quintana in sacer
dotales, et in eas, que sacerdotales non sunt in teologales, et doctorales
dag Gacia pte 9a C.p. 4 nº 166 cum sequentibus ═

// Particula et, que est in nostra inscricione, modo coniun
tiva est, ut in L ea tamen 46 ff ica ati 3, et in alijs plurib, modo
disiuntiva, ut in r 6º ff Iuris, et facti ignorancia Cemedos sin
gularis 90, et ita ponitur in nostra inscriptione eo, quod diferunt pre
bende, et dignitates, ut mox videbimus ═

// De verbo dignita
tib, quod est in nostra inscripcione ultra alias significaciones, etiam
significat omnem administrationem cum qua est coniunta aliqua
iurisdicio, seu potestas, ut cum gl. in C.p. 1 de consuetudine l.b. 6º gl
verbo dignitate in C.p. statutum de rescriptis l.b. 6 ibi notat Gomez
nº 96 Duarenus l.b. 2 C.p. 6º quo sensu definitur a Barto in l. 1
1a C. dignitatib, l.b. 12, ut sit honor alicui propter merita
impensus Principis f.l. beneficio ergo cum in rebus ecclesias
ticis administrationes quedam sint cum iurisdicione aliqua he eti
am merito dignitates a Pontificib nostris apelantur in nostra inscrip
tione ideo quia, ut inquit Cuiacius precelunt, et predominan
tur ceteris prebendis, que definiri posunt, ut sint beneficium
eclesiasticum ubi inest iurisdicio ecclesiastica competencia
sa, et pro tali habetur ex consuetudine Vel iure

quomodo dignificant post alios sed sati. enefitio l.^a p^e quest^e 2^a ān^ro 2.4. Lenius (?) Lecus de republica ecclesiastica t.^o 24 ān^ro 22, quo sensu etiam episcopatus dignitas dicit^r imo culmen dignitatum in Cp. venerabilis hac tt^o notat g.l. in cap. 2 hoc tt^o l.6. Decius in 3.^a p. L n^ro 20 hoc tt^o item Abbatia, ut ex Cp. 2 et indicis Cp. si quis deinceps Cap. 16 quest^e 7 Cp. cum in ecclesiis de maioritate, et ex alijs notat gl. in v.^bo Abbas in Cp. a subdiacono 93 distinct^e Sed et aliquando dignitas stricte accipit^r, ut episcopatus non comprehendat Cp. dilecta 22 de concesione prebend. ubi notat Barbosa n^ro ... cum seq., quem in sensu dignitatis nomine episcopos non intelligi sed alias dignitates colligit^r ex tridentino, ses 24 de reformat. Cp. 12.

Cognoscit^r dignitas ex duob, 1. Quando habet administrationem rerum ecclesie cum jurisdict^e 2. quando in eclesia est consuetudo, quod illud officium nominatur pro dignitate Cp. cum olim de consuetudine Ant^us in Cp. cum multa n^ro 24 hoc tt^o adiicio ad Rotam, decisionem de preben. dis in nobis, ubi perperam addunt, etiam cognoscidi dignitatem ex prelatione sive prerogatiba in eclesia tam in coro, quam in Capitulo. namque hoc magis pertinet ad personatum cognoscendum, ut mox dicemus: differt a prebenda dignitas non quia dignitatibus non sint adiunte, etiam suas prebende, et quidem longe amplioress, sed quia dignitates ceteris prebendis precelsiores sunt, ut colligit^r argumento capitis tua 32 de usuris significatione, ut inquit Cuiacius ... quatenus ... separat^r a ceteris maioritatib, quia illis celsiores.

Sed et differt dignitas a personatu eo, quod personatus non habet jurisdictionem, nec administrationem, sed tantum prelationem, et prerogativam in choro et Cp. ut colligit^r ex l.3 tt^o 15 part^a 1.^a definit^r namque beneficium ecclesiasticum cui competit prerogativa in choro et Cp. sine jurisdictione et administrat^e, quod et ipsum significat nomen personatus quod importat prelationem persone habita respectu ad ipsius personam sine jurisdictione et administratione, ut ... quam exerceat, ut afirmat Ant^us in Cp. de multa n^ro 24 hoc tt^o un derecbe dignitas et personatus tamquam diversa ponant^r in Cp. ingenesis ... de electione Cp. ad hec l.3 Cp. de multa 28 ve. sicio. preci dem hoc tt^o Cp. quia sic ... eodem tt^o ...

De prebendis et

Cp. statutum in principio de rescriptis lib. 6.° Tridentinum sessione 24 de reformatione Cp. 12 lib. 1.°, et 2° tit.° 16 parte 1.ª, et alibi sepe notant Cuiacius in presenti, Azor moralium parte 2.ª lib. 3.° Cp. 1.° questione 4.ª et Cp. 13 questione 6.ª, et alii. = Item differt dignitas ab officio Cp. 1.° de consuetudine lib. 6.° officium namque non habet iurisdictionem, sed de finitum beneficium ecclesiasticum cui incumbit curare res ecclesiasticas absque iurisdictione et prerogativa cuiusmodi est Sacrista Cp. 1.° de officio sacristae, et Thesauraria perpetua Rota decisione 9 de prebendis, in nobis Selva de beneficio questione 2° articulo 36, quamvis aliter haec tria distinguant, Inocencius, Ioannes Andrea, et Antonius in dicto Cp. de consuetudine =

Quare non recte glossa 1.ª in Cp. quia non nulli, de clericis non residentibus existimat idem esse dignitatem personatum, et officium argumento capitis Cum accessissent nono, de constitutionibus ubi Primicerius modo dignitas, modo personatus, modo officium appellatur item argumento capitis, ad aures 8.° de rescriptis ubi dignitas, et personatus confunduntur, quorum argumento ita probarunt Oleda de incompatibilitate p.te 1.ª Cp. 1° articulo 1. et Cp. nono, articulo 2.° Petrus Gregorius de beneficiis Cp. 10 n.° 10 Antonius Fabricius tit.° de beneficiis cum dignitate articulo 4.: namque omissis aliis interpretationibus, melius afirmabis, dignitatem personatum, et officium non esse contraria, sed diversa, et ita in uno, et eodem possunt concurrere, ut in Primicerio, qui dignitatem habet eo, quod habet iurisdictionem in illos, qui interturbant, divina officia Cp. perfectis versiculo ad primicerium 25 dis.ª Cp. 1.° de officio primiceri; sed, et insuper habet personatum per quem semoto iurisdictionis usu in choro, et Cp. preferetur aliis etiam antiquioribus, item, et officium eo, quod habet curam aliquarum rerum ecclesiasticarum iuxta dictum Paragraphum ad primiscerium, quare non mirum si modo dignitas modo personatus, modo officium appeletur in dicto Cp. cum accessissent unde cum do in una et eadem persona dignitas, et personatus coniunguntur, modo dignitas appelletur, modo personatus [illegible] dicitur cavit ad aures ita, Marcus Antonius Cona de reditibus ecclesiasticis questione 23 n.° 1. Nisi dicamus cum Cuiacio dignitates separari a personatibus, non tamen dignitates personatus non [illegible]

Dignitatib.

44

Sunt enim ratione prerogative quas habent in choro, et ita largo cantur in dicto C. ad aures, et in C. dudum 54 de electione in quo plures aliqua adducit Cuiacius qua ratione nomine personatus aliquando omnes dignitates intelliguntur C. dilectus 2 de concessione prebenda C. 1 ne clerici vel monachi lib. 6, sed ideo dignitates a personatibus separantur quia prestanciores sunt ceteris personatibus qui sunt sine dignitate habent enim clerici personatus sine dignitate C. quesitum 1a quest. 3a C. exparte 2 de clericis [illegible] C. 1 cum duobus sequentibus, de officio vicarii C. cum querente C. constitutus C. ad stirpandos et filiis presbitero et [illegible]

// Ex quibus manifeste colligitur

Archidiaconatum vere et proprie esse dignitatem sunt enim Archidiaconi vicarii episcoporum in omnibus et omnia [illegible] gerunt C. 1 C. ad hec de officio archidiaconi ubi eciam oculi episcoporum apelantur corrigere que viderint corrigenda sed et ad ipsos pertinent solicitudo parochiarum, iura audire et curare pro reformandis diocesanis, et basilicis imperare subdiaconibus, et leuitibus, ut afirmatur in C. per [illegible] ubi [illegible] archidiaconus [illegible] C. dudum 54 de electione: sed et Archipresbiteratus dignitas est ut afirmant [illegible] in C. [illegible] 24 hostiensis Gregorius Lopez in l. 3a tit. 6 parte 1a gl. 1a Duarenus lib. 2 [illegible] C. 6 Quintana lib. 1 ecclesiastico C. 4 n. 7 Gregorius [illegible] 4 [illegible], et alii sive illi sint qui in aliquibus ecclesiis catedralibus [illegible] de canonicis sunt [illegible] agit dicta lex 2 sive alii qui in aliis ecclesiis catedralibus non ita superiorem locum tenent quia archidiaconis inferiores sunt ex quo simul, et episcoporum vicarii [illegible]

[illegible] qui omnes antiqui presbiteri urbani apelantur C. officium de officio archipresbiteri ad eum quod officium expectat cura omnium presbiterorum non solum illius ecclesie cuius sunt archipresbiteri sed omnium clericorum ipsius civitatis in quos habent iurisdicionem sive eciam sint archipresbiteri rurales [illegible] sunt [illegible] minimum seu in [illegible] episcopatus in quorum officium expectat non solum cura [illegible] populi in quo sunt sed eciam presbiterorum, qui [illegible] minores [illegible] habitant C. ultimo de officio [illegible] presbiteri dicta [illegible] nam et isti [illegible] habere dignitatem [illegible] habeant preheminenciam cum iurisdicione, et nomen [illegible] in dignitatem ita Cardinalis in clementina [illegible] de rebus [illegible] [illegible]

De prebendis, et

Quamuis contrarium probare uidetur Rota decisione 17 de prebendis in nouis nº 2º

Sed et decanatus dignitas est cap. ad aures 2º de rescriptis [illegible] part. 2ª habent enim decani iurisdiccionem, et sunt iudices ordinarii [illegible] quia in t. de ecclesia [illegible] possunt interdicere, si comunicare iuxta dicta [illegible] 3ª [illegible] Gregorius non ex iure communi, sed ex cons. [illegible] officio [illegible] de clericis non residentibus dicta l. 3ª quare ratione ex eadem consuetudine decanatus non tantum dignitas est sed maior dignitas post episcopum. Propositi etiam, quos priores uocamus, quorum mentio fit in cap. cum inter 21 cap. dudum 22 de elecione cap. cum olim de sententia et rei iudicata, sepe etiam in ecclesia catedrali obtinent dignitatem [illegible] propositi in cap. 1º de etate, et qualitate [illegible] in cap. quamuis [illegible] significat gerunt namque curam super alios cap. quamuis de [illegible] significat idest curam animarum cum iurisdictione iuxta cap. cum in ecclesiis 20 de maioritate et obediencia, et canonicorum colegio presunt propositus namque dicitur qui aliis preest, et prior, quasi primus, et maior respectu aliorum dicto cap. quamuis dicta l. 3ª in fine.

Scholasticus etiam de quo mencio extat in cap. constitutis 45 de apelacionibus [illegible] in cap. 2º de officio Archidiaconi cap. ut quisque de uita et honestate clericorum [illegible] cap. quoniam nonnullis de magistris l. 7ª tit. 6 partita tridentinum ss. 23 de reformatione cap. 18 etiam habet in ecclesia dignitatem habet enim iurisdicionem, ut de nostro scholastico salmantino constat aperte ex constitucionibus nostre academie [illegible] 18, et 20 lib. 2º recopilacionis Basilius [illegible] de matrimonio cap. 12 nº 6 cum sequentibus, et de aliis scholasticis ex iuribus supra citatis precentor de quo in cap. cum olim de consuetudine cap. clericos uersiculo cantor 21 distinctione qui alias cantor uocati alias primicerius [illegible] cap. perlectis uersiculo ad primicerium 21 distinctione cap. cum accessisent de constitucionibus, et in tit. de officio primiceri ita dictus quasi primus in choro seu in cantu l. 5 tit. 6 partita 1ª habet in ecclesia dignitatem iuxta dictum cap. cum olim cap. ad aures 2º de rescriptis dicta l. 5 habet enim ut diximus anexam iurisdiccionem.

Et thesaurario de quo in cap. perlectis uersiculo [illegible] tit. 29 distinctione 26 tit. 6 partita 1ª quem etiam sachristam uocamus hoc est positum ad seruanda uasa sacra dicta l. 6ª in fine cap. 1º de oficio sachriste seu custode hoc est rerum ecclesie seruatorem cap. 1, et 2º de officio custodis dubitatum est an habeant dignitatem ut constat ex Rota decisione 9 de prebendis

magis enim sonat in officiis quam in dignitate, ab amonodicit ex consuetudine inter dignitates reputati nanque in hoc semper attendi te consuetudo ut affirmat Rota dicta decisione 9.


// Canonici tamen Catedralis ecclesie et Colegiate non habentin ecclesia dignitatem, ut colligit Arg. Cap. his statutum 4 9 in principio de rescriptis lib. 6. Clementina 2a de iudiciis neque enim habent anexam iurisdicionem, notat post alios Duarenus lib. 2o de sacris c. 6 Cassianus lib. 2 de probacionibus Cap. 27 ex n. 101 Azor moralium p. 2a lib. 3 Cap. 11 quest. 6 quam bis lato modo dignitatem habere dicantur gl. penultima in Cap. sic canonici de officio ordinarij lib. 6 hoc est prerogatibam, quam et equalitatem qui assiserunt a ceteris clericis totius diocesis cum sint colaterales, et consiliarij episcopi Cap. nouit de his que fuerunt a prelatis quare quamuis possint esse iudices delegati apostolice sedis dicto Cap. statutum non tamen poterint esse obserbatores quod probo tirentes in Cap. ultimo de officio de legatis lib. 6.

// Extra ecclesiam catedralem et colegiatam dignitatem habent camerarius Pape Rota dicta decisione 9a habet enim administracionem, et iurisdicionem Sol. n. ita sindici procuratores castellani et sacrista, ut affirmant Ant. in Cap. de multa n. 23 hoc tt. Rota ubi proxime et quod quamuis habeant administracionem rerum ecclesie non tamen habent prerogatibam neque iurisdictionem Vicarij Episcoporum quamuis dicantur habere dignitatem quatenus significat honorem cum iurisdictione vere tamen, et propria dignitas non est, quod non habent prebendam cum iurisdictione Panormitana in dicto Cap. de multa n. 23 quamuis contrarium intendat gl. verbo delegatum in Clement. 2a de rescriptis Ambrosius de Vicario episcopi quest. 1a lib. 2 idem erit de prioribus seu Guardianis Iudicantium, et isti priori modo dicuntur habere dignitatem quare possunt esse delegati dicta Clement. 2a Sol. n. ita conserbatores quod vere et proprie non habere dignitatem qualenus significat prebendam cum iurisdict. gl. verbo Prioratus, extrabagante ... Rodriguez Regularium 1 tomo quest. 65 articulo 4 versiculo 2 est notandum.


// Plebani vero hoc est illi, qui preficiuntur plebibus, seu ecclesie habenti sub se alias capellas seu inferiores ecclesias Cap. quod Dei timorem de statu Monacorum Cap. 1 ne clerici et monachi lib. 6 Cap. 1o de capellis Monacorum Cap. 1 eodem tt. lib. 6 dignitatem gerere non dicuntur, eo quod non habent iurisdictionem fori contemptiosi sed penitencialis, et ideo a Parrochis non distingui scribit Filiarcus tractatu de parochia Cap. 3 Fabricius tt. de beneficijs in chatedrali n. 33 ita Pesianus et Azor ubi proxime quamuis contrarium intendat addicio


De prebendis, et

ad glo. vbo capellos in dicto Cº 1º ne clerici t monachi
et alij quo sententia procedere potuerit
imple bono qui simul presit ec
eclesiae colegiatae finillo
cuj ples quo clerum
que foro subiici
tur non tantum
quo ad peniten
cialem hac
tenus et
inscrip
tione











finis.

Recitaciones solemnes

Ad cpt non liceat 2º cpt 4 cpt. cum
secundum Apostolum L 6 cpt
inter cetera L 7 cpt tuis 23 hoc
tt.º de prebendis et
ad plura alia
iure

Ingg agi t an Clerici ordinarij possint
sine tt.º t matrimo
nio et ad quid tene
atur Episcopus
qui eos ordina
uerit

instituti nostri est Capita huius tt. ad suas classes reducere, ut sic uberiorem habeant et faciliorem explicationem; primum Caput omitimus, quia illud iam in priori b. prefacioni b. latissime recitabimus, nec eadem repetere afectamus: ex hac tractatu quem nunc explicare intendimus ocurrit in hoc tt. Cap. 2m quod ex corpore canonum desumitur in quo ita scribitur non liceat ulli episcopo ordinare clericos, et eis nullos alimonias prestare sed duorum alterum eligat, aut non faciat clericos, aut si fecerit det illis unde uiuere possint.

// Inscripcio Capitis est in corpore canonum in 1a colectione; ita habet inscriptio in corpore canonum ex nobelis parte 2a, seu ex constitucionib. nobelis, ut legit Uintimillia Concius. Procivius explicacione sciendum est morem fuisse Romanorum Pontificum ea, que pro ecclesie utilitate statuta erant in unum corpus coligere, ut certiorem fidei, et autoritatis haberent, corpus illud modo codicem canonum, modo corpus codicis canonum appelantes quomodo uocatur in Cap. 1. 19 distinct., modo corpus canonum, ut uocat Gracianus in principio 19 distincion, et inscripcio nostri Capitis corpus hoc est liber, seu uolumen l. 164 ff. 2 § si Homani ff. legatis 3o canonum idest regularum Cap. 1o 3a distinct. unde quod ex canonum ecclesie africane inscribuntur canones diversorum conciliorum ecclesie africane, apud Seberinum tomo 1 Conciliorum parte 1a quorum librorum tanta erat autoritas, ut aliis quamvis illis, que fuerant in corpore seu Codice canonum descripta aliqui extimarent non esse autoritatem adhibendam etiam si essent decretales epistole Romanorum Pontificum que sit quam interre reprehendit Nicolaus Papa dicto Cap. 1, 19 distinct. cuius argumento ad refutandos impios magdiburgenses qui epistolas Romanorum Pontificum reiiciebant utitur Francius Turrianus lib. 5 pro epistolis Pontificum Cap. uigessimo 3 //

ecclesie africane

// Inter alias autem colectiones que a Romanis Pontificib. // di canonib. facte inteliguntur, a beato porro Adriani Pontificis scripta reperitur anno Domini 773, que Epitome Canonum inscribitur seu compendiosa tradicio canonum orientaliium, quos beatus Adrianus Papa in unum bolumine cum superiorib. conciliis ad disposicionem ecclesiarum occidentalium Carolo Magno Francorum Rege Rome posito dedit, quoque ordine descripta reperitur apud Seberinum dictum tomo 3o Conciliorum parte 2a seccione 1a pagina 4 . 7 ut ibi ponat Canones apostolorum deinde Arcirani, et aliorum conciliorum appositis pro ttlo conciliorum unde tales canones desumuntur ex quo canonum Epitome, seu corpore canonum desumptum fuisse nostrum Cap. ut scribit Cujacius in presenti —— Licet inter illos canones descriptum non reperiatur et quidem credibile est, quod Adrianus Papa 2a parte eorum canonum fecit, ex his que in nobelis Iustiniani imperatoris pro utilitate ecclesie scripta sunt cuius tt. erat ex nobelis seu constitucionib. nobelis quomodo Cap. nostrum inscribitur in 1a colectione, que ars forte deperit, ut alia multa, ex illo corpore canonum usque loco illorum 164, que sunt in 1a colect. ibi parte 2a potius legendum esse iudico parte 2a cum Antonio Augustino quomodo legitur in aliquib. libris, unde aparet nostrum Cap. quamvis in corpore canonum inscriptum fuerit non tamen ex sacris canonib. desumptum fuisse sed potius ex nobelis imperatoris Iustiniani hoc est ex nobela 3a Cap. 2o idem otius ex ubis Iuliani antecesoris [illegible]

Sos Justiniani in epitomen redegit, ut agnoscunt et Ant.us Augustinus. Duarenus lib. 1 de sacris Cp. 16 Cujacius in presenti Quintana Dueñas lib. 3 eclesiasticar. n.o 19 //

// Unde colliges non recte ex inscrip.e nostri Capitis deducere Ant.m Augustinum in presenti n.o 2 Gomez in Cp. 2 n.o 104 de constitucionib. lib. 6, et in Cp. cum in multis n.o 10 de rescriptis eodem lib. allegaciones generales admitti, et si non a lege vel locus aliquis specialis ex eo, quod ex 1.a collect.e constat inscriptionem nostri Capitis non fuisse generalem allegacionem, sed locum ex quo desumit.r ibi indicatum fuisse scilicet ex nobelis quem forte ideo Beatus Raimundus omissit in hac collect.e ne quis forte de autoritate huius Capitis dubitaret eo, quod fuerit de legib. detractus //

// Ac tenus de inscript.e pro explicacione litterae observandum est olim Clericos omnes ecclesiarum sumptib. alii solitos fuisse Cp. si quis vero 32 distinct.e Cp. videntes 12 quest.e 2.a quod et attestat.r Imperator Justinianus novela 3 in principio cum enim clerici, qui divino cultui ministeria religionis impendunt, ut affirmat Imperator Constantinus in l. 2.a C. theodosianum de episcopis, et clericis, oracioni, et ministerio ubi vacant Xpi Domini obsequio, deputent.r, ut inquit Inocencius 3.us in Cp. cum 2.us 16 hoc tit.o oportet, quod vibant de patrimonio Xpi, ex dicto Cp. cum secundum: quod, et ipsum nomen ministracio, persuadet, cum enim Clericus dicat.r, quod verbum grece idem significat, atque sors vel hereditas Cp. cleros 21 distinccion Cp. clericus 12 quest.e 1.a eo quod in eius ordinat.r clerici, sive assumunt.r in hereditatem Domini, vel assequunt.r hereditatem in ipso, ut vere possint cum Propheta dicere Dominus pars hereditatis meae utique dignum erat, ut ecclesiae stipendiis sustentent.r in qua, et per quam Divinis obsequiis ascribunt.r: item ex illo Apostoli 1.a ad Corinthios 9, qui altari servit vivere debet de altari, et qui ad onus eligit.r repelli non debet a mercede quae omnia eleganter in dicto Cp. cum secundum raciocinat.r Inocencius 3.us Divus Jeronimus in Cp. clericus 12 quest.e 1.a Hugo de sancto victore in lib. de sacramentis post quam clericus factus est debet deinceps de stipendiis ecclesiae sustentari, sed et hoc ipsum probat Concilium Aquisgranense sub Stephano 5 Cp. 116 Clemens 1.us in 2.o constitucionum Apostolicarum Cp. 29, et 32 cum sequenti Cp. ex his Cp. precipimus, Cp. episcopus 12 quest.e 1.a Cp. episcopus 10 quest.e 2.a Cp. ex tin pande 32 hoc tit.o Surdus de alimentis tit. 1 quest. 60: quare t.e singulis ecclesiis certus erat numerus clericorum prescriptus, quem scilicet possent ecclesiae quomodo propiis redditib. alere l. 4.a C. sacrosanctis ecclesiis l. parabolani C. episcopis et clericis, et affirmat Imperator Justinianus dicta nobela 3.a in principio, et nobela 6.a Cp. 8, et nobela 111 lib.

~~respecientes ... ¶ Justinianus ipso ... et aliquas ... recesit~~

ecclesiarum

// Sed tamen episcopi ad aliquos prelatos respicientes ultra numerum clericorum ecclesiis assignatum alios plures ordinabant teste Justiniano dicta novela 3.ª in principio et novela 6.ª cap. 2.º ex quo maxime ecclesie gravabantur eo, quod cum illorum alimoniis reditus ecclesiarum non sufficerent mutuas pecunias accipiebant predia alienabant, et per consequens ad inopiam novissimam ecclesias deducebant, ut affirmat idem Justinianus ubi proxime quare ad antiquum numerum clericos redigeret eos Justinianus precipit ne quis amplius clericus ab episcopis ordinaretur quousque ad certum, et statutum numerum, qui iam ordinati erant redigerentur, ut constat, ex cap. 1.º dicte novele 3.ª, et ex novela 16.ª cap. pro adiiciens cap. 2 dicte novele 3.ª ne qua fraus fieret huius modi legi, ut nec etiam de una ecclesia ad aliam migrare clericis iam ordinatis licitum erat, quousque ad predictum numerum causa rediceretur, et migracio fieret in oficium deficientis quod longo tempore servatum fuisse in ecclesia ex variis conciliorum canonibus probat Quintana lib. 3 ecclesiasticorum n.º 12 idem precipiens observari in aliis ecclesiis, ut scilicet de cetero in illis nullus clericus ordinaretur antequam, ad statutum uniuscuiusque ecclesie numerum clericorum ab edificatoribus prescriptum clerici reducerentur: quod si clericos ultra mensuram in ecclesiis definitam episcopi ordinaverint, et eis ex ecclesiasticis redditibus erogaciones prebuerint precipit Justinianus, ut illas de propriis ipsorum facultatibus, posit ecclesia recuperare neque hoc honus ecclesiarum esse voluit, sed ipsorum episcoporum, ut scilicet ipsi, de sua propria facultate prebeant expensas taliter ordinatis: quale quidem effectum est, ut ecclesie quidem pro expensis, et vite alimoniis clericis non tenerentur ultra taxatum numerum ordinatis, sed hoc honus esset episcoporum: quod si illa ratione has alimonias evitare voluissent asserendo se quidem licenciam habere ordinandi non tamen debere alimenta prebere hanc elusacionem Justinianus nesi clericos absque eo, quod prestent alimenta ordinaverint ex illa ordinatione confusio oriatur eo, quod ex ipsis ita sine expensis ordinatis secundum collegium clericorum institueretur illi oppositum, quod fuerit ex clericis cum expensis ordinatum //

// Sed et illud evenit ut clerici sine expensis ordinati pro expensas alimentorum querendis vias avaricie invenient, ut inquit Justinianus dicta novela 3.ª cap. 2.º in fine unde desumi sit Tridentinum sess. 21 de reformatione cap. 2 in illis verbis aut sordidum aliquem questum exercere seu ut inquit Cuiacius dicta novela 3.ª in fine omnem excogitabunt, et amplectentur vacionem sive onestam sive inonestam pecunie querende pro alimentis res non tantum clericis indigna, sed cuilibet Christiano, ex his, que Turrianus lib. 1.º pro canonibus apostolorum cap. 25 Baronius anno 263 n.ro 26 cum sequenti, et anno 266 n.º 14, et 17 cum de decore ordinis clericalis meus dicabunt, que omnia clericos valde dedecent, ut eleganter scribit Divus Jeronimus in cap.

Diaconi 23 § nunc autem 93 distinct. facit Cap. si quis obiecerit 1a quaest. 3a est enim dedecus ordinis clericalis, quod ex clericos nil habentes ostiatim victum quaerere non tamen si causa humilitatis necessitatis propriae vel aliorum id faciant voluntarie ex Divo Thoma 2a 2ae q. 187 articulo 4, et 5, et quae Duarenus lib. 1 de sacris Cap. 1, quae omnia ne evenirent merito statuit Iustinianus, et exilo ... Cap. ..., ut non liceat ulli episcopo ordinare clericos, et eis nullas simonias praestare, sed duo vel alterum eligat vel non faciat clericos vel si fecerit det illis unde vivere possint, qua dispositione esse valde utile observare affirmat Panormitanus nro 1 vss nota 2a ne taliter ordinati mendicarent in opprobrium clericatus, quod tradit gl. 1a in Cap. nemini 70 distinction, ubi notat Turre Cremata, Decius in praesenti nro 30: ille ne turba clericorum faciat eos contemptibiles Cap. legimus § sed dicis 93 distinctione qua ratione, etiam indicta nobela 3 in principio insinuat Iustinianus in illis verbis quae generavit immensum omnium et quae huius constitucione confussionem incredibilem, et dedecus attulisse ecclesiae afirmet Duarenus lib. 1 de sacris Cap. 16.

Verum his, quae in nro Cap. statuuntur obicit gl. 2a in presenti Cap. 1, et 2 70 distinct. In Cap. 1 ex concilio calcedonensi canone 6 statuit nemine absolute ordinari presbiterum vel diaconum vel quemlibet in ecclesiastica ordinatum constitutum hoc est Barbum, et solutum nulli certe ecclesiae destinatum vel ministerio, ut explicat Turre Cremata in principio 70 distinction Acuña in dicto Cap. 1 nro 2 Quintana lib. 3 ecclesiasticorum nro 3 Duarenus lib. 1 de sacris Cap. 16 Cuiacius in presenti nisi (inquit) manifeste in ecclesia civitatis, sive possesionis hoc est pagi, quemodo ex greco legendum esse afirmant Duarenus lib. 1 de sacris Cap. 16 Quintana lib. 3 ecclesiasticorum nro 5, et 27 Othomanus de verbis feudalib. verbo ...
nisi cum Quintana ecclesia possessionis non de illa accipiamus, quae est in civitate, sed in agris, et possesiones extra civitate eo, quod in posesionibus fundari solerant ecclesiae l. ecclesiis 33. C. Teodosiano de episcopis, et clericis Cap. quicumque 44, 16 q. 1a aut in martirio hoc est in ecclesia Martirij dedicata, quae martirium apelatur l. generali 23. l. decernimus 16 C. sacrosanctis ecclesiis l. ultima C. Teodosiano de sepulcro violato Cap. quidam clerici 16 q. 2a l. in monasterio sive quae monachatus erat titulus sufficiens ad sacros ordines, ut afirmant Enriquez in suma lib. 13 Cap. 37 § 1 Mirada in manuali prelatorum tomo 1 q. 39 articulo 5 sive quae, ut explicat Quintana monaqui in unum convenientes personam eligebant, qui eis missarum solemnia celebraret ad cuius titulum ordinabantur, quod illo tempore monachi clerici non ordinabantur l. generaliter C. episcopis, et clericis Cap. hinc est § monachos 16 q. 1a deinde dicit textus, quod illi, qui absolute ordinantur vacuam habeant manus imposicionem, et nullum tale factum valeat ad iniuriam ipsius, qui illum ordinavit hoc est irrita habeatur eius ordinatio, ut inquit Cap. 2 70 distincion Cap. cum 2 16 vss licet hactenus, quod sive iam antiquo non oportet, quod taliter ordinatis ab episcopo alimoniae praestentur, cum executione ordinis non haberent non erat inconbeniens, quod mendicarent

ut inquit Decius in presenti nº 30. Deinde obstat Cap. clerici 3º, et 4º 92 distinct. a clericis concilio Cartaginensi est precipitur, ut ex artificiolo victum sibi quaerant quare non oportet, ut episcopi illis prestent alimonias, quas ipsi possunt ex artificio proprio sibi quaerere ///.

/// Priori difficultati respondet gl. 1ª, q. dic. ¶ in Cap. 1º, et 2º 70 distinct. in odium episcopor., qui clericos sine beneficio ordinant, dirigitur in nro. Cap., et sic in cap. 2º 16 hostt., ut scilicet sublata suspensione de qua ibi tenentur episcopi tali ter ordinatis alimonia prestare, quam sententiam probant gl. ª verbo ab episcopis in principio 70 distincion., et Ant. vir. nº 9 Panormitanus nº 3 Decius nº 30 in nro. Cap., et refert Quintana lib. 3 ecclesiastic. nº 30 ///

/// Sed nihilominus Ant. iuriumque correptionem vitare in re ¶ dem ex sententia Doctorum hoc modo predicta iura conciliari posse affirmat si dicamus, q. dictum Cap. 1º, et 2º eo casu procedunt, quo clericus fuit in culpa asserendo se habere beneficium s. titulum sufficientem, ut clericus ordinetur, ~~utr~~ cum revera non haberet, quo casu carere debet ordinum execut. nec tenetur episcopus illi prebere alimenta. Q. si clericus non sit in culpa, sed sine titulo ordinetur ab episcopo tunc illi prestat alimenta iuxta nrum. Cap. quam explicationem ideo non probat Panormitanus, q. semper ordinator videtur esse in culpa eo, q. defuit diligenter investigare an ordinatus haberet Patrimonium arg. Cap. Cum instituit 20 de elect., et q. tunc esset in potestate ordinati eludere dispositionem nri. Capitis affirmando se habere titulum sufficientem ad ordines cum non habeat.

Ex difficultatibus non obstantibus nihilominus opinionem Antonii veriorem esse de iure affirmat Decius nº 30, et q. in perpetuum clericum promovetur debet carere impetratam saltem quoad executionem ordinis iuxta Cap. super litteris de rescriptis, et q. in materia correctoria qualiter procedit, ut notat q. in obsten. tica, quas actiones h. sacrosancti ecclesiis, et ideo cum dictum cap. 1º, et 2º 70 distinction. arguant culpam ordinantis Ep. cum secundum 16 hostt. Cap. si episcopus 27 hostt. lib. 6º non videtur episcopus esse in culpa si credidit ordinato arg. glossam in cº Ticio fundus ff. de condicionib., et demonstrationib., et q. notatur in Cap. inquisitioni de sententia excomunicationis:, et denique quia quamvis ordinator esset in aliqua culpa, attamen ordinatus videtur esse in dolo, qui preponderat culpae lite, si obstractis ff. ad l. Aquiliam. Nec obstat dictum Cap. ¶ monuit, q., ut inquit Decius loquitur de vicio, et defectu, q. respicit aetatem, personam in quo agitur de maiori preiudicio, secus in defectu facultatis in quo facilius providetur nec in totum, q. aldiris tunc admissa eo casu, quo solent episcopi cogi cunctos clericos mendicare, q. ut inquit Decius non esse inconveniens cum non habeant ordinis executionem ///.

// Sed una, et altera antiquior explicatio ideo attendenda non est, quia prior quae affirmat dictum cap. 1 et 2 70 distinctione corrigi in nostro cap. ideo procedere non potest, quia nostrum cap. ex novellis Justiniani, et sic ex iure civili desumatur, utique non potuit leges canonicas ex generali concilio desumptas, quae continentur in dicto cap. 1 et 2 abrogare. Deinde quia dictum cap. 1 et 2 se postea abrogasse affirmat Innocentius 3 in dict. cap. cum secundum 16 hoc tit. sed neque posterior explicatio, quae ad concordiam reducere nititur huiusmodi iura procedere potest cum utilitas enim apertae ex historia nostri capituli, nec convenit verbis dicti capitulis 1 et 2 70 distinctione //

// Existimamus ergo dictum cap. 1 et 2, et poenas in illis statutas semper in ecclesia in viridi observantia fuisse usque ad cap. cum secundum 16 hoc tit. nec antea licuisse episcopos licere absolute clericos ordinare, et non in ecclesia aliqua, quod si ordinasent ex decreto illorum canonum taliter ordinati vacuam habebant manus impositionem, et nullam talem factum valebat: sed praedictis constitutionibus, hoc modo fraudem faciebant episcopi, ut ordinarent quidem clericos semper in aliqua ecclesia, sed sine certo titulo, et ultra numerum illis ecclesiis praefinitum; quo casu cum essent in ecclesia ordinati habebant ordinis executionem, nec incurrebant poenas in dicto cap. 1 et 2 statutas, et eo modo valde gravabantur ecclesiae ipsi sic ordinatos a b episcopis ultra quam possent, et propriis facultatibus alere cogebantur, ut notavimus supra, cui malo textus noster occurrit statuendo ne sic ordinatos alere teneretur ecclesia sed episcopi ex propriis facultatibus, cuius decisionem postea in concilio Lateranensi confirmavit Alexander 3us in cap. episcopus 4 hoc tit. cuius verba ibi sine certo titulo non sic explicanda sunt hoc est non in ecclesia aliqua, sed ita, ut episcopus non ordinet aliquem in aliqua ecclesia si ne certo beneficio unde necessaria vitae percipiat quo modo temporibus nostri capitulis faciebant episcopi, quare Alexander 3us in dic. cap. episcopus nondum abrogaverat dictum cap. 1 et 2, ut perperam existimat Quintana lib. 3 ecclesiastic. cap. num. 14. sed hoc multo postea fecit Innocentius 3us in cap. cum secundum 16 hoc tit. ut ex eius verbis constat nostri capitulis decisionem ampliando etiam ad illum casum, quo ordinatores non in ecclesia aliqua, sed vage, et absolute clericos ordinaverint, quo casu abrogata suspensione, quam taliter ordinati habebant ex dicto cap. 1 et 2 70 distinction voluit in ordinibus ministrare, et ut sic ordinatis tamdiu per ordinatores successores eorum provideretur donec per eos ecclesiastica fuissent beneficia consequuti, quam solutionem expresse sentit Quintana dic. num. 14. Duarenus secutus lib. 1 de sacris cap. 16: unde affirmandum est, quod quamvis Concilium Tridentinum sess. 23 de reformat. cap. 16 decisionem dicti capitulis 1 70 distinction suscitaverit praecipiens ut clericorum nes, qui fuerint ordinati alicui loco sacro adscribantur in quo sibi serviant non tamen innovavit suspensionem, quae illo cap. sic ordinatis olim erat imposita //

// Neque etiam obstat cap. clericus 3 et 4 9 distinction quae tenuelir eisdem ex concilio Cartaginensi 4 statuitur, ut clerici quamtumlibet verbo

Dei eruditus artificium ut quaerat victum, et vestimentum sibi artificiolo, aut agricultura absque officii sui detrimento paret: item ut omnes clerici, qui ad operandum validiores sunt, et artificiola, et litteras discant, quae omnia canone 4 cum duobus sequentibus, concilii cartaginensis commonentur. Hanc ultra explicacionem Quintana lib. 1º ecclesiasticum nº 23 aserentis illum canonem priorem esse quem qui ex concilio calcedonensi refertur in cap. 1º 70 distincion, et pertinere ad illos clericos, qui in ecclesia titulo ordinati sunt proventus tenuiores quotidianis usibus non suppetunt. At ad veste tempore concilii cartaginensis 4º unde illi canones desumuntur heresim quandam in africa surrexisse, quorundam aserentium non licere religiosis operari, et pro victu laborare, sed debere in Dei providencia confidere, et ex alienis laboribus vivere nitentes illo Matei 6 respicite volatilia celi, et lilia agri, et cetera aliis contrarium aserentibus exemplo Apostolorum nam quod actorum 18 et 20, et prima ad Corinthios cap. 4º, et 9º, et 1ª ad Thesalonicenses 2º, et 2ª ad Tesalonicenses cap. 3º constat Divum Paulum opificio manuum suarum usum et eum qui id permitteret sibi victum quaesisse de quo in cap. 1º 21 q. 2ª, et de aliis Apostolis testatur Clemens lib. 2º constitucionum cap. 63 ubi idem aliis fidelibus comendat, quemadmodum Ignacius Martir epistola ad Tarsenses, et de aliis suis viris sanctis hoc ipsum protestatur Acuña in dic. cap. clericus 4º ex hac discordia existere ceperunt tumultuosa certamina, quae ecclesiam africanam turbarent cuius rei testes sunt D. Augustinus lib. 2º retractationum cap. 21 Epiphanius heresi 80 Severinus in notis ad dictum Concilium Cartaginense 4º ex quo posterior haec sentencia in concilio probata est, et ad priorem revincendam eo quod exemplo, et doctrine apostolorum omnino repugnaret non tantum vobis sed etiam opere in dicto concilio cartaginensi predictis canonibus statutum est, ut clerici ad imitationem apostolorum victum, et vestitum labore manuum suarum sibi acquirerent non, ut ad hoc cogerentur, sed ut possent si vellent, ut testatur Epiphanius dicta heresi 80 his verbis quamquam ipsi ad hec non cogantur nec deputati sint sed iustitiae labores et operationem ecclesiasticam habeant et secundum iustitiam alantur verum propter excelentem Beatitatis promtitudinem ipsi hoc faciant quorum argumento clericis et monachis opera et exercicia manuum non tantum non interdicta sed etiam ad fugandum otium, et carnis tentaciones ad vitam si aliter non possit sustentandam aliisque quibusdam casibus imperata fuere, de quo Belarminus lib. 2º de clericis cap. 41, et 42 Baronius anno 52 nº 15, et 16, et anno 379 nº 70 Seberinus ubi proxime Stracha de mercatura 1ª parte nº 93 Navarrus comentario 2º de regularibus nº 2º Stephanus Gratianus forensium cap. 57 nº 27 Acuña ubi supra habita officia et exercitia clericis et Monachis licita

proponunt: ne tamen ad opera manuum exercenda cogerentur, et proinde quaerendo avaritiae artes inhonorent, aut cum dedecore ordinis clericalis mendicarent. Desante illarat postea textus nostri voluit, ne ex artificio victum sibi quaererent, sed taliter ordinatis alimenta ab episcopis darentur.//

//Inquit noster cap. Non liceat ulli episcopo alias legitur ne illiceat episcopo, quod idem significat et atque non credat sibi licere idem probavimus in cap. l. de reb. eccl. argumento capitis non liceat 12. q. 2. et cap. magnum de voto cap. ultimo de rescriptis lib. 6. existimabant enim episcopi se habere ordinandi licentiam, nec debere clericis, et moneta alimenta praebere, ut affirmat Justinianus dicta novela 3. cap. 2. in fine, quod tamen hoc amplius non licere monet Justinianus: hec enim verba non ad iam factas ordinationes referuntur, sed ad illos, qui postea fuerint ordinati, ut constat ex dic. novela 3. quos sine alimentis amplius ordinare episcopis non licere affirmat. Sed ex his verbis a contrario sensu deducitur. Dicimus secundo quod licet episcopo ordinare clericos nihil habentes prestando illis alimenta argumento legis, in causae l. 7. § idem Pomponius ff de minorib. ex quo etiam probaria firmat, quod quoties aliquid sub aliqua poena prohibetur licitum est si illa poena solvatur: sed et insuper colligit, quod potest dici simpliciter licere, quod fiat soluta poena: item et illud, quod plus est aliquid posse impune fieri, quam si licite permittatur, quod aliqua poena debetur, quando simpliciter licet, ut in hoc cap. quae tamen non debetur quando aliquid impune fieri permittitur de quo ad 4 fiant, de quo postea//

///Illis autem verbis ulli episcopo omnes patriarche Metropolite, et episcopi cuiuscumque civitatis, extra ecclesiam constantinopolitanam comprehenduntur, quod id antea prescripserat Imperator Justinianus, ut constat ex novela 6. cap. 8. item et archiepiscopus, et patriarcha constantinopolitanus, et omnes illi subiecti episcopi et quod idem postea cavit novela 3. cap. 2.: novela enim 6. quamvis post novelam 3. collocetur tamen prior quam illa edita est, et ad illam se refert Justinianus in dicta novela 3. in principio in illis verbis dudum qui de communi et generali l. et cetera, quod ibi observavit Cuiacius: et denique omnes mundi episcopi his verbis comprehenduntur, quod idem pro l. precepit. Gregorius 9. dum nostrum cap. in decretalib. inseruit. sed non Romanus episcopus, hoc est Summus Pontifex, quia illum l. sua ligare non potuit Justinianus, aut Patriarcha Constantinopolitanus imo nec Gregorius 9. iuxta ea quae diximus in cap. multi d. reb. eccl.: Comprehenditur tamen Capitulum sede vacante, et eius Vicarius ubi litteras dimissorias de dedit ad ordines sacros non habenti unde vivere et nam eadem ratio est in ipso

ordinante suum subditum, a quo intendante huiusmodi dimissorias, ut affirmat Barbosa alleg. 20 de potestate episcopi n.º 21 et Mauricius de alcedo de precelencia episcopali dignitatis 2.ª p.te cap. 5 n.º 62, et 70, ubi affirmant, quod si episcopus alteri episcopo generaliter comittat, ut suo nomine in sua diocesi ordines celebret nullis personis expressis, et his cui id comissum est ttuum non habenti ordinem sacrum contulerit tenetur ibi ad necessaria vitae prestanda non ille, qui comisit, quoniam culpa fuit eius non investigando an haberet titulum cap. si episcopus hoc tit.º lib. 6.

Deinde dicit textus ordinare clericos in alijs libris legitur Clericos destinare et creare, in alijs vero clericos quidem destinare et creare id est ordinare teste Ant.º Augustino nec enim vere aliquid est in textu, ut diximus de clericis, quos in aliqua ecclesia sue prelaturae ordinabant episcopi, ut ecclesiae redditibus alerentur, quod hoc prohibetur fieri, quod si faciat voluit non onus alendi esset ecclesiarum quod tales clerici destinant seu creant, sed potius ipsorum episcoporum. Retentata tamen lectura vulgari verbum ordinare sic explicabis, ut significet idem atque sacramentum ordinis ministrare seu charactere ordinis insignire, hoc enim significat verbum ordinare eo, quod per huiusmodi ordinationem per quam sacramentum ordinis ministratur reponitur ordinatus in gradum et statum aliquam reposicionem significat verbum ordo est enim parium disparium quorum sua quibusque loca tribuens disposicio cap. ultimo 29 distinction. dixit Augustinus lib. 29 de civitate Dei cap. 3 his verbis, et ne putes eandem esse significacionem, dum ordo significat sacramentum ordinis, et dum significat characterem qui imprimitur per illud sacramentum ordinis considerat characterem ordinis esse ius spirituale potestatem, quo quis insignitur cum ordinatur, sacramentum autem ordinis est rem corpoream, et sensu corporis perceptibilem. Aut etiam, ut ordinare seu ordinatio significet cuiusque ad ministerium ecclesiasticum promocionem, quo sensu accipitur in cap. 2.º, et 3.º 60 distinction. cap. ista te, cap. nullam 20 q.e 2.a nam et apud veteres latinos ordinarij dicebantur, qui ad honorem magistratum aliquem provehebantur, ut apud Suetonium in Vespasiano, et in Domitiano unde sp. et. binere duplicem esse ordinationem ordinationem, affirmat Duarenus lib. 1.º de sacris cap. 16 alteram cum solemniter consecratur, et idoneus redditur ad ecclesiae gubernationem altera cum certa ei ecclesia regenda committitur, quam ultimam significatur hoc verbo, utitur Gratianus in cap. radicitus 16 q.e 1.a cap. pastoralis 3.a q.e 1.a iuxta ea, que supra notavimus. Observabis tamen, quod aliquando non ordinantes episcopi tenentur necessaria vitae clericis ministrare aliquando ordinantes non tenentur, ut in cap. si episcopus 37 hoc tit.º lib. 6 et in concilio Lon donensi sub Innocencio tt.º ne quis ordinetur affirmat Duarenus

sine tt.º vs.º adiungentes //

